



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 22. Franciscus Caulet Apamiensis Episcopus fati functus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. „stitutionum Apostolicarum ope, armis
A. C. 1680. „que defendere. Ad nos enim quod
 „pertinet, omne tibi a Pontificia au-
 „thoritate, & a paterna charitate No-
 „stra præsidium polliceri debes, tibi
 „que Apostolicam benedictionem per-
 „amanter impertimur. „

§. XXII.

*Franciscus Caulet Apamiensis Epi-
 scopus fatis fundus.*

Hæ Pontificis literæ Franciscum Apo-
 miensem Episcopum vix non jam
 cum morte luctantem repperant; post-
 quam enim reparata Ecclesiæ disciplina
 Clerum, populumque ad sanctioris vite
 normam reduxerat, & propter Eccle-
 siarum libertatem, quam impertentis
 animo tuebatur, gravissimus calamita-
 tes, injurias, extremasque miseras
 perpeffus erat, vitæ suæ finem appro-
 pinquare sentiens, postremas ad Le-
 odovicum Regem literas dedit, quibus
 eum enixe rogabat, quatenus inspecta
 æquitatis causâ Apamiensis Provincie
 Ecclesias hæctenus a Regaliæ servitute
 liberarum in pristina & Canonica immuni-
 tate relinquere dignaretur: tandem
 vero morbis, ærumnisque confectus
 die septima Augusti septuagenarius pie
 in Domino obiit. Præfuit Ecclesiæ suæ
 annis

annis triginta sex, verus plane Pastor, Sæc. XVII.
qui animam suam pro ovibus posuit. A. C. 1680.

Comperta ipsius morte mox regius Judex Episcopalem domum ingressus, cuncta scrinia, totamque suppellecti-
tanta exactitudine obserravit, regioque sigillo munivit, ut lintheamina, quibus defuncti cadaver involveretur, ab exteris mutuo accipere, necesse esset: Justis de more persolutis, & corpore in sepulcrum illato, sacellum occludebatur, ne populus, qui turmatim ad ejus monumentum confluxerat, preces fundere, sui-que Patris, quem sanctitatis odore flagrantem crediderat, patrocini-
um implorare posset: Nec etiam post ejus mortem resedit adversantium furor, sparguntur famosi libelli, carpitur ejus orthodoxia, pietas, pœnitentia ac zelus: non deerant, qui hunc Episcopum, utpote Societatis inimicum ad inferos damnatum dicerent: Hujus tenoris epistolam P. Renatus Rapin Jesuita ad Cardinalem Cibo Parisiis Romanam perscripsit, quæ tamen ibidem ad ro-
gum damnata est.

§. XXIII.

Apamiensis Canonici dire vexati.

Expletis funeribus Cathedrale Apamiensis Ecclesiæ Capitulum habito

Abrege de l'Hist. Eccl. t. 10. p. 439.

Ll 3

con-